

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Clericus i
cum fonte primo

Ministri Christi sunt et seruiunt antichristo;
honorati incedunt de bonis Domini
cui honorem non deferunt.
Inde quem cotidie uides meretricius nitor,
ystrionicus habitus, regius apparatus.
Inde aurum in frenis, in sellis, in calcaribus;
plus calcaria quam altaria fulgent.
Inde mense splendide ciphis et cibis;
inde comessaciones et ebrietates;
inde cithara et lira;
inde redundancia torcularia et promptuaria plena
eructancia ex hoc in illud.

Pro huius uolunt esse et fiunt
ecclesiarum prepositi, decani,
archidiaconi, episcopi, archiepiscopi.

Bernardus super Cantica sermone XXXIII.

Ministri Christi sunt, et serviunt Antichristo.
Honorati incedunt de bonis Domini,
cui Domini honorem non deferunt.
Inde is, quem quotidie vides, meretricius nitor,
histrionicus habitus, regius apparatus.
Inde aurum in frenis, in sellis, in calcaribus:
plus calcaria fulgent quam altaria.
Inde mensae splendidiae et cibis, et scyphis;
inde commessaciones et ebrietates;
inde cithara, et lyra, et tibia;
inde redundantia torcularia et promptuaria plena,
eructantia ex hoc in illud.
Inde dolia pigmentata, inde referta marsupia.
Pro huiusmodi volunt esse et sunt
ecclesiarum praepositi, decani,
archidiaconi, episcopi, archiepiscopi.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super
Cantica canticorum*, 33.15 (SBO 1, J. Leclercq,
C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.244, ll.9-17).